Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



suam. et ecce offerebant ei pa
ralicum iacentem in lecto. Et
uidens ihesus fidem illorum
dixit paralitico. Confide fili re
mittuntur tibi peccata tua. Et
ecce quidam de scribis dixerunt
intra se. Hic blasphemat. Et
cum uidisset ihesus cogitaciones
eorum dixit. Vt quid cogitatis
mala in cordibus uestris. Quid
est facilius dicere. dimittunt
tibi peccata tua. aut dicere. sur
ge et ambula. Vt autem sciatis qz
filius hominis hz ptatem dimi
tendi peccata. tunc ait paralitico
Surge tolle lectum tuum. et uade
in domum tuam. Et surrexit et
abiit in domum suam. Videntes
autem turbe timuerunt. et glorifica
bant deum qui dedit ptatem
talem hominibus. Et cum tra
sisset ihesus inde uidit hominem
sedentem in theolomo matheum
nomine. et ait illi. Sequere me
Et surgens secutus est eum
Et factum est discumbente eo
in domo. Ecce multi publicani
et peccatores uenientes discum
bebant cum ihesu et discipulis
eius. Et uidentes pharisei di
cebant discipulis eius. Quare
cum publicanis et peccatoribz
manducat magister uester.
At ihesus audiens ait. Non e
opus ualentibus medicus sed
male habentibus. Euntes autem
discite quid est. misericordiam
uolo et no sacrificium. Non u-
nocare iustos sed pccores ad pe
nitenciam. Tunc accesserunt
ad eum discipuli iohannis di
centes. Quare nos et pharisei ie
iunamus frequenter. discipuli
aut tui no ieiunant. Et ait illis
ihesus. Numquid possunt filii spo
si lugere quam diu cum illis est
sponsus. Venient autem dies cum
auferetur ab eis sponsus et tunc
ieiunabunt. Nemo autem immittit
commissuram panni rudis in uesti
mentum uetus. Tollit enim ple
nitudinem eius a uestimento et
peior scissura fit. Neq; mittunt
uinum nouum in utres ueteres. alio
quin rumpuntur utres et uinum
effunditur et utres pereunt. sz
uinum nouum in utres nouos
mittunt et ambo conseruantur
Hec illo loquente ad eos ecce
princeps unus accessit et adora
uit eum dicens. Domine filia
mea modo defuncta est. sz uem
pone manum tuam sup eam
et uiuet. Et surgens ihesus se
quebatur eum et discipuli eius
Et ecce mulier sequebatur que
sanguinis fluxum patiebatur
duodecim annis. Hec accessit re
tro et tetigit fimbriam uestimen
ti eius. Dicebat enim intra se. Si
tetigero tantum fimbriam uesti
menti eius salua ero. At ihesus
conuersus et uidens eam dixit
Confide filia fides tua te salua
fecit. Et salua facta est mulier
ex illa hora. Et cum uenisset

198